Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



142

sunt iniquitates eorum super
peccata. Beatus uir cui non imputa
bit dominus peccatum. nec est in spiritu
eius dolus. Quoniam tacui inuetuerunt
ossa mea. dum clamarem tota
die. Quoniam die ac nocte grauata est super
me manus tua. conuersus sum in
erumpna mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci
et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniu
stitiam meam domino. et tu remisisti impietatem
peccati mei. Pro hac orabit ad te
omnis sanctus in tempore opportuno. Ve
rumtamen in diluuio aquarum multarum
ad eum non approximabit. Tu
es refugium meum a tribulatione
que circumdedit me exultatio mea
erue me a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam
te in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite
fieri sicut equus et mulus quibus
non est intellectus. In camo et fre
no maxillas eorum constringe. qui
non approximant ad te. Multa flagella
peccatoris sperantem autem in domino mi
sericordia circumdabit. Letamini
in domino et exultate iusti et glori
amini omnes recti corde. 32
Exultate iusti in domino.
rectos decet collaudatio.
Confitemini domino in cy
thara. in psalterio decem cordarum
psallite ei. Cantate ei canticum no
uum bene psallite ei in iuuentute
tua. Quia rectum est uerbum domini
et omnia opera eius in fide. Dilig
it misericordiam et iudicium. misericordia domini
plena est terra. Verbo domini celi
firmati sunt et spiritu oris eius omnis
uirtus eorum. Congregans sicut in ure
aquas maris ponens in thesauris
abyssos. Timeat dominum omnis terra.
ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit et
facta sunt. mandauit et creata sunt. Dominus
dissipat consilia gentium reprobat autem
cogitationes populorum. et reprobat con
silia principum. Consilium autem
domini in eternum manet. cogita
tiones cordis eius in generatione
et generatione. Beata gens cuius est
dominus deus eius. populus quem elegit in
hereditatem sibi. De celo respexit do
minus uidit omnes filios hominum.
De paratho habitaculo suo. respe
xit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatim corda eorum
qui intelligit omnia opera eorum. Non
saluatur rex per multam uirtutem
et gigas non saluabitur in multitu
dine uirtutis suae. fallax equus ad
salutem in habundantia autem uir
tutis suae non saluabitur. Ecce oculi
domini super metuentes eum. et in eis
qui sperant super misericordia eius. Vt eru
at a morte animas eorum et alat eo
s in fame. Anima nostra sustinet
dominum quoniam adiutor et protector nr est.
Quia in eo letabitur cor nrm. et in
nomine sancto eius speramus. fiat mi
sericordia tua domine super nos quem
ad modum speramus in te.
Benedicam dominum 33
omni tempore semper laus eius
ore meo. In domino laudabitur
anima mea audiant mansueti et le
tentur. Magnificate dominum mecum.
et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dominum et exaudiuit me
et ex omnibus tribulationibus meis eri